1711

CARMEN
NOMINI
VIRI
Ampliſſimo Munere, Nobiliſſima Eruditione, Clariſſimaqve Fama Gravis

DOMINI
M. DANIELIS MULLERI,
Rectoris Muſarum Chemnicenſium ad amuſſim Fidelis,

qvod Julii dies XXI. ſiſtit Anno MDCCXI.

cum obſeqvio oblatum

ab

Ejusdem Diſciplinæ Alumnis

ſonante exili cicuta

Erdfriedrichs Ehrenholds Ottonis, Lunavia-Schœnburg.

CHEMNITII,
Stanno STOESSELIANO.

STADTBÜCHEREI CHEMNITZ

Gy 2 X 38
6

CUm jubeat radiis Tithoni fulgida Conjux,
Qvæ bona diſcendi ſtudioſos erigit omnes,
Intenta cura TEmet, VENERANDE MAGISTER,
Ut magis atqve magis ſpectemus, munere plenus
Accedit cœtus, cujus TU corda tenella,
Qvod pietatis opus ſacrum, formare laboras.
Et licet haud, qvantus ſis, ignoreris ab iſto;
Attamen advertens oculos advertit & ipſe,
Qvod præter morem conſvetum gaudia ſpires,
Ceu prægrande foret lapſum de pectore ſaxum,
Atqve fores tandem permagna mole ſolutus.
TU loqveris validum victorem fronte ſerena,
Oraqve voce cient modulamen læta ſuavi.
Flectere par manuum pietate ſupinus Olympo
Cerneris acturus memori de pectore grates
Iſti perdignas, à qvo ter plauſtra ducenta
Ad nos ex alto donorum pergere ſcitur.
Illi, qvi, DOCTOR PRÆSTANS, Tua tecta freqventant,
Et TIBI devinctos qvos vero cogis amore,
Nunc exinde ſolent aliis præſtare tropæo,
Lucida tollentes lætas ad ſydera voces,
Hactenus ærumnam qvum TU deviceris omnem.
Hoc facit, ut parili junctim ſtudeamus amori,
Promentes hilaros variato gutture cantus,
Gaudia teſtantes, aluit qvæ pectoris ara.
Hujus qvando placet cauſam cognoſcere, dextro
Ceu digito monſtras retrorſum lumina vibrans.
Confeſtim mala viſuri convertimur illuc.
En! ibi declinant rigidi, DOCTISSIME RECTOR,
Qvi non hoc anno ſortem vicere, leones,
Sed qvorum rictus Tua tum petiere voraces.
En! hic non licuit propius procedere morbis,
Qvi medios homines invadunt, ſicuti Reges
Viribus audaces brutorum, nempe leones.
En! hic herculei, qveis diſtineare, labores
Nil valuere, trucum ſævo qvoqve more leonum
Graſſantes hominum validos in corporis artus.
Non etiam cives præfracta mente Lycei
Laudatum Famæ peſſum ſtravere Magiſtrum,
Ni ſat turpe fiet, qvod nobis turpe, fateri.
Si vero mortalis homo lupus efferus audit
Humani ſocii mortali tempus in omne

Inſi-

Inſidias ardore ſtruens flagrante malignas,
Qvid ni rauciſoni qvid poſſit habere leonis?
Præſertim cathedram qvi condecorare jubentur
Ludi, non modicos tales reperere feroces,
Qvos ſopire labos itidem qvam maximus extat,
Sic uti retia ridentes cicurare leones.
Hos fretus ſummi divina lege vel omnes,
Id qvod miramur, conſtanti robore vincis,
Ut verus Daniel, cujus TIBI nomen & omen,
Et qvem miſerunt per luſtrum fata tremendum,
Integer inſtituis choreas hac luce reverſas.
Qvin & non paucos clara virtute ligaſti,
Qvi tacitis præſto Fautoris nutibus adſunt.
TU valde magnam tentabas vellere ſtirpem,
Qvod certe fructum non parvum fecit eorum.
Qvam bene vexarat multos inſcitia noſtrum!
Sicuti ſpina pedem cum toto corpore torqvens,
Hoſcine qva gravido non absqve labore levaſti.
Cætera perſpiciens ſubito perſenſerit ictus
Mortiferas etiam vitii peperiſſe ſagittas.
Suſtulit hasce manus medicinam docta parare.
Qvot nobis vellit Tua crimina dextra decora,
Tot vere ſentes hamatos ſcimus ademtos,
Qvi poterant olim dulcem læſiſſe ſalutem.
Surgite! nunc mecum celeri pede ſurgite! Muſæ
Præbentes NOSTRO DOCTORI præmia grata,
Ceu leo, præ reliqvis exiſtens beſtia ſæva,
Finibus in vaſtis Ægypti munera multa
Præbuit Androdo, qvia curvis ungvibus iſte
Hærentem ſtirpem magnam duramqve revellit,
Ut fama celebri laudatus Gellius affert.
Lætamur TEcum, PERQVAM VENERANDE MAGISTER,
Qvod jamjam poſſis felix & ſalvus adeſſe,
Et nervos tenuis tenues intendimus arcus
Hymnis certantes hodierno ſydere lætis,
Qvorum ſupremas exſurgat clamor ad auras.
Hoccine TU magni reputas, PRÆCEPTOR AMANDE,
(Nos certo ſcimus,) cum Docti læta Magiſtri
Diſcipulus, qvod par fuerit, nec muſſitat ullus;
Sed tam felicis ſtella proſtante diei,
Alloqvio dulci, verſu cantuqve ſonante
Audet divulgare bonum, qvod contigit Iſti:
Dein nos nitemur magno molimine cuncti
Munera grata referre Supremum Numen amando,
Ut, qvicqvid turbare velit Tua ſepta, benigne
Arceat atqve meras inductas mollibus agnas
Frœnis conjungat gremiis in tempore blandis.
Sic vicibus verſis poterunt prodire ſeqventes
Soles, ſi deſint viventes cæde leones.
Stet potius circum MULLERI facta COLENDI,
Stet potius circum MULLERI tecta COLENDI
Is leo, qvem docuit pridem nos inſimul eſſe
Agnum: Tum ludus parat annua feſta Magiſtro,
Pullaqve Chemnitii ſpectabis carmina raro.

CLASSIS

CLASS. I.

Chriſtian Gottlob Böhme/ *Burckh. Miſn.*
Andreas Schwander/ *Grünh. Miſn.*
Gottlob Käyſer/ *Freib. Miſn.*
Gottfried Ernſt Sonntag/ *Glauch. Schœnb.*
George Friedrich Cruſius, *Chem. Miſn.*
Johann George Terne/ *Wahrenb. Sax.*
Friedrich Auguſt Kändler/ *Fiſchb. Miſn.*
Erdfriedrich Ehrenhold Otto/ *Lunav. Schœnb.*
Chriſtoph Zachäus Facilides, *Francob. Miſn.*
Theodorus David Lohde/ *Starg. Luſat.*
Chriſtoph Friedrich Facilides, *Ottend. Miſn.*
Gottlieb Müller/ *Tzſchop. Miſn.*
Chriſtian Friedrich Klimper/ *Chemnic. Miſn.*
Johann David Küttner/ *Pliſſ. Miſn.*
Balthaſar Gottlob Hoffmann/ *Hart. Miſn.*
Chriſtian Friedrich Neefe/ *Chemn. M.*
Johann Chriſtian Fuchs/ *Zwick. Miſn.*
George Carl Eberlein/ *Zwick. Miſn.*
George Jacob Müller/ *Seelitz. Miſn.*
Johann Sebaſtian Hilliger/ *Chemn. Miſn.*
Adam Francke/ *Chemn. Miſn.*
Johann Gottfried }
Samuel Gottfried } Hillner/ *Gelenav. Miſn.*
Johann Gottfried Rödenbeck/ *Schœn. Miſn.*
George Wagner/ *Neuſtad. Miſn.*
Gottfried Jaſpis/ *Chemn. Miſn.*
Johann Chriſtian Trefurth/ *Ch. Miſn.*
Joh. Heinrich Sachſe/ *Chemn. Miſn.*
Jonas Richter/ *Wahrenb. Sax.*
Johann Chriſtian Steinmüller/ *Ch. M.*
Siegemund Mentzel/ *Seyffersh. Sil.*
Auguſt Friedrich Sieber/ *Doberl. Luſ.*

CLASS. II.

Sebaſtian Schütze/ *Chemn. Miſn.*
Johann Chriſtian Lange/ *Ch. Miſn.*
Johann Chriſtian Ayrer/ *Dresd. Sax.*
Joh. Benjamin Lindner/ *Ehrenf. Miſn.*
Johann Samuel Pfennig/ *Witt. Sax.*
Johann Valerian Braun/ *Chem. Miſn.*
Chriſtian Blaſius Schiffner/ *Ch. Miſn.*
Samuel Sonntag/ *Pfaffenhayn. Miſn.*
Johann George Dickert/ *Wahr. Sax.*
Chriſtian Heinrich Vogel/ *Chem. Miſn.*
Johann Heinrich Uhle/ *Reichenb. Miſ.*
Chriſtian Gottfried Kruſchwitz/ *Chem. Miſn.*
Johann Chriſtoph Blumröder/ *Ch. M.*
Gottlob Vinhold/ *Francob. Miſn.*
Johann Gottlieb Uhlich/ *Chemn. Miſn.*
Johann Chriſtian Cochler/ *Wahr. Sax.*
Johann David Fritſche/ *Tzſchop. Miſn.*
Johann Samuel Klimper/ *Röhrsd. M.*
David Oehme/ *Zzſchop. Miſn.*
Johann Chriſtian Stöſſel/ *Ch. Miſn.*
Johann David Köhler/ *Pœnic. Schœnb.*
Gottlieb Beil/ *Chemnic. Miſn.*
Adam Samuel Seyfarth/ *Taur. Miſn.*
Traugott Kempter/ *Eybenb. Miſn.*
Caſpar Ludewig Schaufuß/ *Chemnic. Miſn.*
Balthaſar Otto Hoffmann/ *Hart. Miſn.*
Johann George Hauptmann/ *Witteb. Sax.*
Johann George Kluge/ *Chemn. Miſn.*
Johann Theodorus Neefe/ *Ch. M.*
Johann Ziller/ *Chemn. Miſn.*
Gottfried Siegemund Uhlich/ *Franc. Miſn.*
Amadeus Lebrecht Schaufuß/ *Ch. Miſn.*
Johann Chriſtian Herrmann/ *Ch. M.*
Chriſtian Andreas Grillmeyer/ *Hal. Sax.*
Johann Chriſtoph Meyner/ *Ch. Miſn.*
Johann Hieronymus Lange/ *Ch. Miſn.*
Johann Chriſtian Aurich/ *Ch. Miſn.*

Stadtbibliothek Chemnitz
A 145210 8

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ